PROGRESSIONUM GEOMETRICARUM

PARS SECUNDA

Terminum cuiuscunque progressionis in infinitum continuata designare.

PROPOSITIO LXXV.

```
                                    L          M
   A              B        C      D   E              K
```

Prop.75. Fig. 1.

Si fuerit magnitudo AB, ad magnitudinem BK, ut magnitudo BC ad magnitudinem CK.

Dico proportionem AB ad BC, sine termino continuati actu posse intra magnitudinem AK, ita ut numquam ad K perveniatur.

Demonstratio.

Fiat enim ut AB ad BC, sic BC ad L. quia igitur AB est ad BK, ut BC ad CK, erit alternando ut AB ad BC, id est ut BC ad L, sic BK ad CK : & rursum alternando, ut BC ad BK, sic L ad CK : quare cum BC ex datis, minor sit, quam BK, erit etiam L, minor quam CK : poterit ergo ipsi L, ex CK sumi aequalis CD : erant autem AB, BC, L, tres continuae proportionales; ergo & AB, BC, CD tres sunt continae. Fiat iam his tribus magnitudinibus continue proportionalibus AB, BC, CD, quarta proportionalis continua M : quoniam igitur paulo ante ostendi esse BK ad BC ut CK est ad L, sive CD, erit dividendo & invertendo, BC ad CK, ut CD ad DK : eodem plane discursu ostendam, M esse minoram ipsa DK, quo ante L ostendi esse minorem ipsa CK : poterit ergo ipsi M, ex DK, abscindi DE, aequalis. Sunt igitur quatuor magnitudines AB, BC, CD, DE continuae proportionales. Atque ita demonstrabimus proportionem AB ad BC, intra lineam AK sine termino posse actu continuari , ita ut nunquam ad K perveniatur. Quod erat demonstratum.

The terms of any progression can be shown to be continued indefinitely.

## *L2.§2.*   *PROPOSITION 75.*

If the length AB is to the length BK, as the length BC is to the length CK, then I say that it is possible for the proportion of AB to BC to be continued by acting within the length AK without reaching K.

Demonstration.

For indeed the ratio BC to L can be made equal to the ratio AB to BC. Therefore since the ratio AB to BK is as BC is to CK, on rearranging, so AB is to BC or BC to L, thus BK is to CK : and again on rearranging, as BC to BK, thus L to CK. Whereby from what is given, BC is less than BK, and hence also L is less than CK : therefore L can be taken to equal a length CD in the interval CK : but as AB, BC, and L are continued proportionals; so therefore AB, BC, CD are three continued proportionals. Now a fourth continued proportional M can be constructed from these three lengths AB, BC, and CD: for we have just shown that BK to BC is as CK to L, or CD; hence on dividing and inverting, BC is to CK, as CD is to DK : from the same clear argument it can be shown that M is less than DK, from which before L was shown to be less than CK : hence M can be set equal to DE, less than DK. AB, BC, CD, and DE are hence four lengths in continued proportional. And thus we will show [in the next proposition] that the proportion AB to BC can be made to act within the line AK, thus without reaching K. Q.e.d.

[Set BC/L = AB/BC; again, as AB/BK = BC/CK, AB/BC = BK/CK = BC/L, or BC/BK = L/CK.
Now, BC < BK, hence L < CK; CD is made equal to L, and then AB, BC, CD are in continued proportion,
etc.]

PROPOSITIO LXXVI.

$$\underline{\text{A} \qquad\qquad \text{B} \qquad \text{C} \qquad \text{D} \quad \text{E} \ \text{F G} \qquad \text{K}}$$

Prop.76. Fig. 1.

Si fuerit magnitudo AB, ad magnitudinem BK, ut magnitudo BC ad magnitudinem CK; & proportio AB ad BC, continuetur in magnitude AK, per plures terminos CD, DE, EF, &c.

Dico etiam CD, fore ad DK, & DE ad EK, &c. sic deinceps, ut AB est ad BK & BC ad CK, &c.

Demonstratio.

Quando quidem AB est ad BK, ut BC ad CK; erit alternando AB ad BC, hoc est ex datis BC ad CD, ut BK ad CK; & rursum alternando ac invertando: KB ad BC , uti KC ad CD; & dividendo ac invertendo, ut BC ad CK; sic CD ad DK: non aliter ostendimus ut CD ad DK; sic esse DE ad EK; atque ita deinceps in infinitum. Quod erat demonstratum.

L2.§2.   *PROPOSITION 76.*

If the length AB is to the length BK, as the length BC is to the length CK; and the proportion AB to BC is to be continued within the length AK through many terms CD, DE, ER, etc, then I say that CD also to DK, and DE to EK, etc, and thus henceforth, shall be as AB to BK, and BC to CK, etc.

Demonstration.

Since AB is to BK as BC is to CK; AB to BC is on interchanging terms, or from what is given, BC to CD, is as BK to CK; and again on alternating and inverting: KB to BC, as KC to CD; and by dividing and inverting, as BC to CK; thus CD to DK: in the same way we can show that as CD is to DK, thus DE is to EK; and thus henceforth indefinitely. Q.e.d.
[Since AB/BK = BC/CK; AB/BC = BC/CD = BK/CK ; KB/BC = KC/CD giving BC/CK = CD/DK, etc.]

[96]

PROPOSITIO LXXVII.

$$\underline{\qquad\qquad\qquad\qquad\qquad\qquad \text{L} \qquad\quad}$$

$$\underline{\text{A} \qquad\quad \text{B} \quad \text{C} \qquad \text{D} \qquad \text{E} \qquad\qquad \text{K}}$$

Prop.77. Fig. 1.

Data sit proportio quaevis minoris inaequalitatis AB ad AC.
Dico si haec continuetur, exhibendam magnitudinem quaevis data maiorem.

Demonstratio.

Detur enim magnitudo quaevis L : manifestum est si BC, excessus secundae magnitudinis AC, supra primam AB, aliquoties sumatur, maiorem fore magnitudine L : debeat ergo sumi BC quater, ut excedat L : continuetur ratio AB ad AC per quinque terminos AB, AC, AD, AE, AK; atque ita habebimus quatuor differentiae BC, CD, DE, EK. quoniam autem est ut a DA ad CA, sic DC ad CB, & cum DA maior sit CA,

erit quoque DC maior quam BC : similiter, erit ED maior quam CD, & KE quam ED. ergo KB ex quatuor differentis composita maior erit quam BC quater sumpta. Quare cum BC quater sumpta maior ponatur quam L : erit KB multo maior quam L, ideaque AK adhuc multo quam L maior erit : constat igitur quod fuerat demonstratum.

## *L2.§2.*   *PROPOSITION 77.*

    The proportion is given of some inequality AB to AC less than one.
    I say that if this ratio is continued a number of times then a magnitude greater than some given magnitude can be shown.

Demonstration.

For some magnitude L is given, it is clear that if BC, which is the increase in length of the second magnitude AC over the first AB, is taken a number of times, then it shall be greater than the magnitude L. Hence [in our example] BC has to be taken four times to exceed L : the ratio AB to AC is taken for the five terms AB, AC, AD, AE, AK; and thus we have the four differences BC, CD, DE, EK; but since [a] DA is to CA, thus as DC is to CB, and as DA is greater than CA, DC also is greater than BC, and similarly ED is greater than CD, and KE than ED. Hence KB arising from the four differences is greater than BC taken four times. Whereby if BC taken four times is placed greater than L, then KB is many times greater than L, and besides AK is many times greater than L: hence what had to be shown has been agreed upon.

PROPOSITIO LXXVIII.

A   B   C   D   E   K

L   M   N   O   P   R

Prop.78. Fig. 1.

A magnitudine AK auferatur quaevis pars AB, & a residuo BK auferatur BC, ea lege ut sicut est AB ad BK, ita sit BC ad CK.
Dico si haec ablatio semper fiat, relinqui ex AK quantitatem data minorem *est universalis prima decimi*.

Demonstratio.

Detur enim quantitas LM aut alia quantumvis parva : dein ut KB ad KA, sic LM fiat ad LN: atque haec proportio per tot terminos continuetur, donec LR maior sit quam AK, hoc autem aliquando futurum est per praecedentem. Deinde quoties in M, N, O, P, divisa est LR, toties in ratione AB ad BK subdividatur AK in B, C, D, E. Quoniam ergo ex constructione: LM, LN, LO, &c. sunt continuae, erit ut LM ad LN, id est ut BK ad KA, sic LP ad LB. quare invertendo, ut AK ad BK, sic RL ad PL, & permutando ut AK ad RL, sic BK ad PL. Atqui ex constructione AK minor est quam RL, & ergo BK quam PL minor erit, deinde quoniam ex constructione est AB ad BK, ut BC ad CK; & CD ad DK. patet componendo omnes AK, BK, CK, EK esse continuas : itaque BK est ad CK, ut AK ad BK, id est ex constructione ut NL ad ML : sed PL est ad OL, ut NL ad ML; quia omnes RL, PL, OL, &c. sunt ex constructione continuae; ergo BK est ad CK , ut PL ad OL; & permutando ut BK est ad PL, sic CK est ad OL. atqui iam ostendimus BK minorem esse quam PL, ergo & CK quam OL minor erit. similiter demonstrabimus DR minorem esse quam NL, ac tandem EK esse minorem quam ML, quae erat data quantitas minor; ergo relinquitas quantitas: quod erat demonstratum.

L2.§2.   ***PROPOSITION 78.***

From a magnitude AK some part AB is taken, and from the remainder BK is taken BC, according to the rule AB is to BK as BC is to CK.

I say that if this is always done by subtraction, then the amount to be left from the given AK *is always less than the first quantity to be taken away*.

Demonstration.

For some quantity LM can be given which is however a little smaller than the other quantities given : then as KB is to KA, thus LM is made to LN: and this proportion is continued for all the terms, while LR is greater than AK, as this is soon to be the case from the preceding proposition. Hence as often as M, N, O, P divide the length LR, so AK is sub-divided by B, C, D, E in the ratio AB to BK. Therefore, since from the construction: LM, LN, LO, etc. are in continued proportion, as LM is to LN, or as BK to AK, thus LP is to LR. Whereby on inverting, as AK is to BK, thus RL is to PL, and on interchanging, as AK to RL, thus BK to PL. But from the construction AK is less than RL, and hence BK is less than PL, hence by construction AB is to BK as BC is to CK; and CD to DK. It is apparent from placing all these together that AK, BK, CK, DK, EK are in continued proportion : and thus BK is to CK, as AK is to BK, which by construction is as NL to ML : but PL is to OL as NL is to ML; since all of RL, PL, OL, etc. are in continued proportion from construction; hence BK is to CK, as PL is to OL; and on interchanging as BK is to PL, thus CK is to OL. But now we have shown that BK is less than PL, and hence CK is less than OL. similarly we can show that DK is less than NL, and finally that EK is less than ML, which were the given smaller quantities; hence the quantities are relinquished : Q.e.d.

[It is observed that the proportions on the upper line in Fig. 78 are diminishing towards K, while in the lower line, the corresponding proportions are increasing away from L.

Scholium.

Nota : dum in propositioe dicitur, si haec ablatio semper fiat, dico relinqui ex AK quantitatum data minorem : *sensum propositionis non esse, relinqui ex AK quantitatem data minorem, post ablationem terminorum in infinitum continuatum; sint post totam seriem absolutam, relinqui adhuc quantitatem data minorem; sed auferendo terminos ex AK, in ratione ante dicta, aliquando tot auferendo, ut residua pars totius AK, minor sit quantitate data:* quod in gratiam quarundam dictum sit.

Scholium.

Note : while in the said proposition, **if this is always done by subtraction, I say that the amount to be left is always less** : *the sense of the proposition is not that the quantity to be left from AK is to be less after an infinite number of terms have been taken away after continuing indefinitely; after the whole series has been summed, there is still to be taken a given smaller quantity; but terms are to be taken from AK in the ratio mentioned above, that finally are to be taken from the whole amount, as the remaining part of the whole of AK is less than any given amount*: **for any amount that may be said**.

PROPOSITIO LXXIX.

A		B	C	D	E F		K

Prop.79. Fig. 1.

Data sit magnitudo quaecumque AK : si fuerit

AB ad BK, ut BC ad CK.

AB ad AK, ut BC ad BK.

vel   AB, BK, CK continuae proportionales.

AB ad BC, ut BK ad CK.

AB ad BC, ut AK ad BK.

Dico magnitudinem AK aequalem esse toti progressioni magnitudini, num continue proportionalium, rationis AB ad BC in infinitum continuatae terminum esse K.

Demonstratio.

Cum AB sit ad BK, ut BC ad CK, poterit ratio [a] AB ad BC, intra magnitudinem AK semper continuati, ita numquam perveniatur ad K, id est AK maior erit quaecunque serie finita terminorum; ergo AK non est minor serie tota rationis AB ad BC. Deinde quia AB est ad BK, ut BC ad CK, si ratio AB ad BC semper est continuetur, erit ut AB ad b BK, sive ut BC ad CK, sic CD ad DK, & DE ad EK, atque ita deinceps in infinitum : Itaque si continuetur semper ratio AB ad BC, relinquetur c tandem ex AK magnitudino quavis data minor. Quare AK nequit esse maior , serie rationis AB ad BC : nam si maior esset deberet aliquo excessu esse maior, ponatur is IK; igitur AI seriei rationis AB ad CD aequalis erit: ergo ratio AB ad BC quantumvis continuata non transiliet unquam I. ergo relinquetur ex AK magnitudo semper maior quam IK. ergo non minor quavis data, contra iam demonstrata. non erit igitur AK maior serie rationis AB ad BC: Quare cum neque minorem esse antea sit ostensum, aequalis sit necesse est. Quod erat demonstrandum.

Relique quorum hypothesum demonstrationes ad primam reducuntur. nam si fuerit AB ad AK, ut BC ad BK, erit dividendo AB ad BK, ut BC ad CK, ergo per primam demonstrationem, rationis AB ad BC semper continuatae terminus est in K.

Deinque si fuerit AB ad BC, ut BK ad CK, vel AK ad BK, erit permutando vel AB ad BK, ut BC ad CK, vel AB ad AK, ut BC ad CK. Unde iterum per primam demonstrationem conficitur proposition.

a 73 huius; b 74 huius; c 78 huius.

L2.§2.   *PROPOSITION 79.*

Some magnitude AK is given: if either of these ratios is true:

> AB to BK, as BC to CK.
> AB to AK, as BC to BK.
> AB, BK, CK are continued proportionals.
> AB to BC, as BK to CK.
> AB to BC, as AK to BK.

or

I say that the magnitude AK is equal to the magnitude of the whole progression: for if the proportions in the ratio AB to BC are continued indefinitely then K is the final amount.

Demonstration.

Since AB is to BK, as BC to CK, the ratio [a] AB to BC, within the length AK can always be continued, thus never reaching K, that is AK is larger than any finite series of terms ; hence AK is not less than the total series of the ratio AB ad BC. Hence as AB is to BK, as BC to CK, if the ratio AB to BC is always to be continued, then as AB to [b] BK, or as BC to CK, thus CD to DK, amd DE to EK, and thus henceforth to infinity. And thus if the ratio AB to BC is always continued, the length from AK that is left is at last smaller than any given length whatever [c]. Whereby AK is unable to be larger for the series of ratios AB to BC : for if AK is greater, then there is some length IK by which it is greater; therefore AI is equal to the series of ratios of AB ad CD: therefore the ratio AB to BC can be continued as far as you like without jumping beyond I at any time. Hence the remainder of the terms from the magnitude AK is always larger than IK, and therefore not less than any given, this is in contradiction to what has been shown. Therefore AK is not greater than the series of ratios AB to BC: whereas before it has been shown that it is not smaller either, then it shall be equal by necessity. Q.e.d.

The rest of these hypothesis can be demonstrated by being reduced to the first. For if AB to AK is as BC to BK, then on division AB is to BK as BC to CK, hence by the first demonstration, with the ratio AB to BC always to be continued, the end is in K.

And then if AB is to BC, as BK to CK, or AK to BK, by interchanging it will be either AB to BK, as BC to CK, or AB to AK, as BC to CK. Hence again the proposition is agreed upon by the first demonstration. *a 73 huius; b 74 huius; c 78 huius.*

PROPOSITIO LXXX.

| A | M | | B | C | D | E | F | | K |

Prop.80. Fig. 1.

Data serie continue proportionalium AB, BC, CD, &c. quiuscumque proportionis, & quocumque in generis quantitatis; invenire magnitudinem quae omnibus terminis totius seriei datae in infinitum continuatur, sit aequalis:

[98]

Constructio prima.

Sit AM, differentia primorum duorum terminorum : fiatque ut AM ad BC secundum terminum, sit BC ad tertium quempiam CK. Dico CK, magnitudinem cum primo AB, & secundo termino BC, aequalem esse seriei universae AB, BC, CD, &c.

Constructio secunda.

Fiat ut AM duorum primorum terminorum differentia, ad AB primum terminum, ita secundus terminus BC, ad tertiam aliquam magnitudinem BK. Dico magnitudinem BK, cum primo termino, exhibere quantitam aequalem tot seriei.

Constructio tertia.

Differentiae duorum primorum terminorum AM, & primo termino AB, tertia proportionalis fiat AK. Dico AK totam seriam exhibere.

Demonstratio.

Prima constructionis; AM est ad BC, ut BC ad CK; igitur componendo AM cum BC, hoc est AB, erit ad BC, ut BK ad CK : & permutando, AB ad BK, ut BC ad CK. Quare *a* AK magnitudo, hoc est CK, cum AB & BC primis terminis, toti seriei aequalis est.

Secunda constructionis; AM est ad AB, ut BC ad BK ex constructione : igitur dividendo, ut AM est ad MB, id est ut AM ad BC, sic BC ad CK, itaque per demonstrationem primae constructionis, AK (hoc est BK una cum primo termino AB) aequatur toti seriei.

Tertia constructionis; Cum erit ex constructione AM ad AB, ut AB ad AK, erit invertendo, dividendo, rursusque invertendo AM ad MB, ut AB ad BK : & componendo AB ad MB, hoc est BC, ut AK ad BK. Quare AK b toti seriei aequalis est. Factum igitur est quod petebatur.

Prima igitur constructione exhibere tota series praeter primum & secundum terminum. 2. constructione habetur seriei tota praeter primum terminum. 3. constructione simul tota producitur series. Huius autem problematis, aequalis esse aliquis eisdem universalitatem, amplius deductam habet in propositione 123, huius & corollario quarto ibidem.

a 79 huius; b 78 huius.

L2.§2.   *PROPOSITION 80.*

Given a series of continued proportionals AB, BC, CD, etc. of some proportion, and for some quantities in general; to find the magnitude that is equal to all the terms of the given series continued to infinity.

First construction.

Let AM be the difference of the first two terms : and as AM is to BC the second term, BC is made to some third term CK. I say that the magnitude CK, together with the first AB and second term BC is equal to the whole series AB, BC, CD, &c.

Second construction.

As AM the difference of the first two terms, is made to AB the first term, thus the second term BC is to some other third BK. I say that the length BK, together with the first term, furnishes an amount equal to the whole series.

Third construction..

The difference of the first two terms AM, and with the first term AB, then the third of the proportionals AK is made. I say that AK presents the whole of the series.

Demonstration.

First construction: AM is to BC, as BC is to CK; therefore by adding AM with BC, or AB is to BC as BK ad CK : and by interchanging, AB is to BK, as BC is to CK. Whereby *ᵃ* the magnitude AK, or CK with AB and BC of the first terms, is equal to the whole series.

Second construction: AM is to AB, as BC is to BK by construction : therefore on dividing, as AM is to MB, or as AM is to BC, thus BC is to CK, and thus by the demonstration of the first construction, AK (or BK together with the first term AB) is equal to the whole series.

Third construction: as by construction AM is to AB, as AB is to AK, on inverting and dividing, and inverting again, AM is to MB, as AB is to BK : and on adding, AB is to MB, or BC, as AK is to BK. Whereby AK *ᵇ* is equal to the whole series. Therefore what was sought has been achieved.

1. Therefore the whole series except the first and second terms are shown by the first construction.

2. The whole of the series except the first term is shown by the construction.

3. The whole series is produced at the same time from this construction. However this problem of producing the whole series has otherwise been more fully deduced in Proposition 123 of this book, and in the fourth corollary of the same. a 79 huius; b 78 huius.

PROPOSITIO LXXXI.

Prop.81. Fig. 1.

Quia vero ultimo ratio quantumcumque quantitatum ad lineas reduci potest, hinc etiam sequenti rationis lineis toti seriei ....poterunt aequalia reductia [???? text in a dreadful condition, with print from the other side of page showing through.], reperiemus aequale.

Constructio &demonstratio.

Ex punctis A & B, erige ad quantum angulum, parallelas AM , BN, & quarum AB, BC ipses sint proportionales; & per punctis M & N ductur recta MN, concurrens cum ABC in K. Dico AK, toti seriei AB, BC, CD, &c. aequalem esse.

Quod autem MN, occurrere debeat ABC productae, patet ergo, quod BC ex hypothesi, minor sit quam AB;

and proinde etiam BN: cum AM, BN proportionales sint ipsis AB, BC; & igitur concursus in K; erit ut AB ad BC, sic MA ad NB; sed ut MA ad NB, sic AK ad BK, ergo AB est ad BC, ut AK ad BK. Unde [a] AK toti seriei aequalis est. Factum igitur est quod perebatur.

a Ibid.

L2.§2. *PROPOSITION 81.*

Since indeed the last ratio of some quantity can be reduced to a line, hence also a sequence of ratios on a line can be reduced to be equal to the sum of the whole series.

Construction and demonstration.

From the points A and B, you can raise parallel lines AM and BN to an angle of some size, and to which AB and BC are proportional; and through the points M and N the line MN is drawn crossing with ABC in K. I say that AK is equal to the sum of the series AB, BC, CD, etc.
For since MN ought to cross ABC produced, it is apparent that BC from hypothesis is less than AB; and hence BN also is less than AM, since AM, BN are in proportion with AB and BC themselves. Hence the line MN meets the line ABC in K: thus, AB is to BC as MA is to NB; but as MA is to NB, thus AK to BK, hence AB is to BC, as AK is to BK. Hence [a] AK is equal to the sum of the whole series. Hence what was required has been accomplished.
[Thus, one of the most important propositions in the book is reduced to a state of almost total illegibility by poor printing workmanship in the copy from which the microfiche was made.]

a Ibid.

L2.§2. *PROPOSITIO LXXXII.*

A	N		B	C	D	E	F	G		M	K	M

Prop.82. Fig. 1.

Sit magnitudo AK : series tota rationis AB ad BC continuatae in infinitum.

Dico esse
- AB ad BK, ut BC ad CK.
- AB ad AK, ut BC ad BK.
- AK, BK, CK &c. continue proportionales.
- AB ad BC, ut BK ad CK.
- AB ad BC, ut AK ad BK.

Demonstratio.

Ex AB abscindatur NB, aequalis BC : si ergo non est AB ad BK, ut BC ad CK, neque permutando AB erit ad BC, id est BN, ut BK ad CK; ergo neque dividendo AN, erit ad NB, ut BC ad CK. Fiat igitur ut AN ad NB, sic BC ad aliam magnitudinem CM, maiorem vel minorem quam CK. Itaque componendo, AB erit ad NB, hoc est BC, ut BM ad CM: & permutando AB ad BM, ut BC ad CM. Quare totius seriei [b] rationis AB ad BC, terminus erit M; sive AM aequalis erit seriei rationes AB ad BC, quod est absurdum, cum AK maior vel minor quam AM, sit ex hypothesi aequalis seriei datae. non erit igitur alia ratios AB ad BK a ratione BC ad BK, ergo eadem, quod erat demonstrandum.

Reliquas autem assertionis partes ex prima deducemus. Cum enim iam demonstratum sit ex hypothesi theorematis, sequi AB esse ad BK ut BC ad CK, componendo erit AK ad BK, ut BD ad CK. quod erat secundum.

Et quoniam AK est ad BK, ut BK ad CK, igitur per constructionem rationis, AK est ad AB, ut BK ad BC; & invertendo AB ad AK, ut BC ad BK. quod erat tertium. rursum quoniam AB est ad BK, ut BC ad CK, erit permutando AB ad BC, ut BK ad CK, quod est quartium. denique quoniam ostensum est AB esse ad AK, ut BC ad BK, etiam permutando AB est ad BC, ut AK ad BK: quae omnia erant demonstranda.

Corollarium.

Ex quintae assertionis partem hoc theorema deducitur : data sit series magnitudinum continue proportionalium AB, BC, CD, &c. sine termino continuata. Dico esse ut una antecedentum, nempe AB, ad unam consequentium BC. sic omnes, hoc est infinitas antecedentes, sive AK, ad omnes sine infinitas consequentes, sive BK. *b 79 huius*.

PROPOSITION 82.

The magnitude AK is given: the whole series of ratios of AB to BC is continued to infinitity.

I say that

> AB is to BK, as BC is to CK.
> AB is to AK, as BC is to BK.
> AK, BK, CK &c. are continued proportionals.
> AB is to BC, as BK is to CK.
> AB is to BC, as AK is to BK.

Demonstration.

From AB, NB is cut off equal to BC : if therefore AB to BK is not as BC to CK, neither by interchanging will AB be to BC or BN, as BK is to CK; and therefore nor on dividing will AN be to NB, as BC to CK. Hence AN to NB is made thus as BC to another length CM, greater or less than CK. And thus on adding, AB is to NB or BC, as BM to CM: and on interchanging AB is to BM, as BC to CM. Whereby of the whole series of ratios [b] AB to BC, the end is M; or AM is equal to the series of ratios AB to BC, which is absurd, for AK which is greater or less than AM, by hypothesis is equal to the given series. Therefore the ratio AB to BK is the same as the ratio BC to BK, q.e.d.

We can be deduce the remaining parts of the proposition from the first part. For indeed thus can be show from hypothesis of the theorem that is follows that AB is to BK as BC is to CK, on adding AK is to BK, as BD is to CK. Which is the second part.

And since AK is to BK, as BK is to CK, therefore by construction the ratio AK is to AB, as BK is to BC; and on inverting, AB is to AK, as BC is to BK. Which is the third part. Again, since AB is to BK, as BC is to CK, on interchanging AB is to BC, as BK is to CK, which is the fourth part. Hence as it was shown that AB is to AK, as BC is to BK, also on interchanging AB is to BC, as AK is to BK: whereby all the parts have been demonstrated. *b 79 huius*.

Corollarium.

From the fifth part of the proposition, this theorem can be deduced : a series of magnitudes is given in continued proportion AB, BC, CD, etc. to continue without end. I say that as one preceding term to another following term, such as AB to BC, thus the same ratio holds for all the terms. That is for all the preceding terms, or AK, to all the following terms or BK. *b 79 huius*.

L2.§2.   PROPOSITIO LXXXIII.

A	**M**	**B**	**C**	**D**	**E**	**F**	**K**

Prop.83. Fig. 1.

Sit AK magnitudo producta ex ratione AB ad BC, in infinitum continuata; primi autem & secundi termini differentia sit AM;

Dico primo, differentiam AB, BC secundum terminum, CK totam seriem, (praeter duos primos terminos) in continua esse analogia.

[100]

Dico secundo, AM differentiam, ad primum terminum AB, esse ut BC secundus terminus, ad BK totam seriem, praiter primam terminum.

Dico tertio, differentiam AM, primum terminum AB, & totam seriem AK, in continua esse analogia.

Demonstratio.

A   M   B   C   D   E   F   K

Prop.83. Fig. 1.

Quoniam AK magnitudino producta est ex ratione AB ad BC in infinitum continuata, erit per praecedentem AB ad BK, ut BC ad CK: igitur permutando ut BK ad CK, sic AB ad BC, hoc est MB, & dividendo AM ad MB, hoc est BC, ut BC ad CK. quod erat primum.

Rursum cum sit ut AM ad BC, hoc est MB, sic BC ad CK, erit componendo invertendo, ut AB ad MB, sic BK ad CK; and convertendo invertendo ut AM ad AB, ita BC ad BK. quod erat secundum.

Iterum cum sit ut AM ad AB, sic BC ad BK, erit permutando, ut AM ad BC, hoc est MB, sic AB ad BK, & invertendo componendo, & iterum invertendo ut AM ad AB, sic AB ad AK. quod erat tertio loco demonstrandum.

PROPOSITION 83.

Let the length AK be produced from the ratio AB to BC continued indefinitely; also, the difference of the first and second terms is AM;

I say in the first case, that the difference AB, the second term BC, and the length CK of the total series (except the two first terms) are in continued proportion.

In the second place, I say that the difference AM, to the first term AB, is as BC the second term, to the whole series BK, except the first term.

In the third place, I say that the difference AM, the first term AB, and the whole series AK, are in continued proportion.

Demonstration.

A   M   B   C   D   E   F   K

Prop.83. Fig. 1.

Since the length AK has been produced from the ratio AB to BC continued indefinitely, then from the preceding proposition, AB is to BK, as BC is to CK: hence on rearranging, as BK is to CK, thus AB is to BC, and on dividing, AM to MB or BC is as BC is to CK. Which shows the first part.

[AB/BC = BK/CK; AM/BC = BC/CK].

Again as AM is to BC, or MB, thus BC is to CK, then on adding and inverting, as AB is to MB, thus BK is to CK; and converting and inverting, as AM to AB, thus BC to BK. Which shows the second part.

[AM/MB = AM/BC = BC/CK; AB/MB = BK/CK ; MB/AB = CK/BK; AM/AB = BC/BK.]

Again since AM is to AB, thus BC is to BK, then on interchanging, as AM is to BC, or MB, thus AB is to BK, and on inverting and adding, and again inverting, as AM is to AB, thus AB is to AK. Which was to be shown in the third place.

L2.§2.   *PROPOSITIO LXXXIV.*

A   B   C   D   E   K

M   N   O   P   R

Prop.84. Fig. 1.

Datae sint binae series AK, MR (quas similes licebit appellare) magnitudinum continue proportionalium, in eadem proportione.

   Dico seriem totam AK, esse ad seriem MR ut AB primus terminus seriei AK, ad MN, primum terminum seriei MR.

Demonstratio.

   Per octavagesimam secundam huius, AK est ad BK, ut AB ad BC, hoc est , (cum ex hypothesi AB ad BC, MN ad NO, similes sint rationes) ut MN ad NO; sed per eandem etiam est MR ad NR, ut MN ad NO, igitur AK est ad BK ut MR ad NR. unde per conversionem rationis AK est ad AB, ut MR ad MN: & permutando series AK, est ad seriem MR, ut primus terminus AB primae seriei, ad primum terminum MN secundae seriei; quod erat &c.

PROPOSITION 84.

   Two series of magnitudes in the same continued proportion are given (which can be called similar).

   I say that the whole series AK is to the whole series MR, as the first term AB of the series AK, is to the first term of the series MR.

Demonstration.

   By the eighty-second proposition of this book, AK is to BK, as AB to BC, or , (since by hypothesis AB to BC and MN to NO, are similar ratios) as MN to NO; but from the same theorem also MR is to NR, as MN is to NO, therefore AK is to BK as MR is to NR. hence on converting the ratios, AK is to AB, as MR is to MN: and by interchanging, the series AK is to the series MR, as the first term AB of the first series, to the first term MN of the second series; quod erat &c.

   [AK/BK = AB/BC = MN/NO; MR/NR = MN/NO; hence AK/BK = MR/NR, giving BK/AK = NR/MR and hence AB/AK = MN/MR or AK/AB = MR/MN. Hence AK/MR = AB/MN as required.]

L2.§2.   *PROPOSITIO LXXXV.*

Quamquam ex iis, quae hactenus universaliter demonstravimus propositione octogesimam, & octagesimam primam, nota sit proportio totius seriei, ad primam

magnitudinem; placuit tamen exercitii causa, notissimis quibusdam proportionibus applicare, maxime cum se illis saepe mentio futura sit.

Primum igitur data sit, quocumque in genere quantitatis, proportio dupla, AB ad BC.
Dico totam seriem proportionis huius, sine termino continuatae, constituere magnitudinem, quae dupla sit primae magnitudinis.

[101]
Demonstratio.

A _____ I _____ B _____ C ____ D ____ E _____ K

Prop.85. Fig. 1.

Fiat enim ipsi BC, aequalis BI, & fiat ut AI ad AB, sic AB ad AK; erit K terminus ^{a} rationis AB ad BC, semper continuatae. & quoniam BA, dupla est BC, estque BI aequalia BC, erit quoque BA dupla IA; Quare cum sit ex constructione ut BA ad IA, sic AK ad AB, erit etiam AK, (id est tota series rationis AB ad BC) dupla BA, primae magnitudinis. Quod erat &c. *a 80 huius*.

Nevertheless from these propositions, which we have demonstrated so far entirely from propositions eighty and eighty-one, the proportion of the whole series to the first term is to be noted. The reason for this being the case is still to be determined; however from certain of the more noteworthy proportions to be considered, this one ratio is referred to most often.

PROPOSITION 85.

The first term is given, and the proportion of AB to BC is two to one for all the terms in the series.
I say that the sum of this series of terms in proportion, continued without end, is double in size to the first term.

Demonstration.

Indeed BC is made equal to BI, and as AI is to AB, thus AB is to AK; K is the end of the ratios AB to BC ^{a}, always continued. Since BA is double BC, and BI is equal to BC, BA is also double IA. Whereby as from construction, as BA is to IA, thus AK is to AB, and AK (which is the sum of the series AB to BC) is double BA, the first term. Q. e. d. *a 80 huius*.

[This proposition is merely an illustration of Prop. 81. It is of interest to compare the geometrical result of Gregorius with the algebraic infinite sum formula for a G. P.: $S = a/(1 - r)$, where a = AB, and the common ratio r = BC/AB; for AB/BC = AK/BK, hence BC/AB = BK/AK, and AB/AK = (AB - BC)/AB; or $a/S = a(1 - r)/a$,
giving $S = a/(1 - r)$; In the present case, AB - BC = AI, and AI/AB = $^1/_2$, hence AK = 2.AB as required.]

L2.§2.   *PROPOSITIO LXXXVI.*

Detur deinde proportio tripla, AB ad BC.
Dico totam seriem , fore sesquialteram primae magnitudinis.

Demonstratio.

```
A                  I                    C      D      K
                   B
```

Prop.86. Fig. 1.

Fiat enim secundae magnitudini BC, aequalis BI; erit ergo BI, tertia pars AB; & AI excessu, seu differentia primae & secundae; unde si fiat ut AI ad AB, sic AB ad AK; erit AK [b] aequalis toti seriei; & quia IB, tertia pars est BA, erit BA sesquialtera ipsius AI : quare cum sit ut BA AI, sic AK ad AB, erit quoque AK, sesquialtera primae magnitudinis AB. Quod erat demonstrandum. *b 80 huius*.

PROPOSITION 86.

In the next case, and the proportion of AB to BC is three to one.

I say that the sum of the series is one and a half of the first term.

Demonstration.

Indeed the second term BC is made equal to BI, and hence BI is equal to a third part of AB, and AI the difference of the first and second terms. Thus if AI to AB is made in the ratio AB to AK, then AK [b] is the sum of the whole series. Since IB is the third part of BA, BA is $^3/_2$ of AI : whereby as BA is to AI, thus AK is to AB, also AK is $^3/_2$ of AB. Q. e. d.

L2.§2.   *PROPOSITIO LXXXVII.*

Denique proportio data sit quadrupla, AB ad BC.

Dico totam seriem esse sesquitertiam primae magnitudinis : sive eam habere rationem ad primam magnitudinem, quam quatuor ad tria.

Demonstratio.

```
A                    I      B      C   D  E      K
```

Prop.87. Fig. 1.

Fiat enim BC aequalis BI; erit ergo BI quarta pars AB, & consequentur BA sesquitertia ipsius IA. Fiat igitur ut AI ad AB, sic AB ad AK; erit AK [c] tota seriei. Quare cum KA sit ad BA, ut BA ad IA, erit KA sesquitertia primae magnitudinis BA. Quod erat demonstrandum. *c 80 huius*.

PROPOSITION 87.

In the next case, the proportion of AB to BC is four to one.

I say that the sum of the series is one and a third of the first term : or the sum of the series to the first term has the ratio four to three.

Demonstration.

Indeed BC is made equal to BI, and hence BI is equal to a quarter part of AB, and AB is one and a third of IA. Thus if AI to AB is made in the ratio AB to AK, then AK [c] is the sum of the whole series. Whereby since KA is to BA, thus BA is to IA; AK is the four thirds part of BA. Q. e. d. *c 80 huius*.

[Again, AB/BC = AK/BK or (AB - BC)/AB = AB/AK; but BC = IB = $^1/_4$AB, hence AI = $^3/_4$AB and AK/AB = $^4/_3$ as required.]

Sed de his modo satis: poterit enim quilibet ex propositione ex octuagesima huius bene intellecta, data proportionis rationalis, seu numeri ad numerum, totam seriem, & consequnter rationem seriei, ad primum terminum exhibere.

<div align="center">

Scholium.

</div>

Quod si constructionem secundam octuagesimae propositionis adhibere placuerit, habebitur unica operatione proportio primae magnitudinis ad reliquam seriam: si vero prima constructione utamur, exhibebitur proportio primae & secundae magnitudinis simul sumptarum, ad seriem reliquam.

Praesens materia memorem me facit eius, quod in argumento huius libri praefatus sum, cum mentio incideret Zenonici discursus, quo se credebat omnem motus rationem e medio tollere posse: nucleus autem argumenti tanta apud auctorem authoritatis exstitit, ut eundem Achillis invictissimi Ducis nomenclatura dignaretur : persuasum habens, cum nucleum usque ad eo duro tortice futurum, qui par foret omnibus Philosophicorum Elenchorum malleis sustinendis.

Repetam discursum Zenonis, iisdem verbis, quibus in praefatione huius libri sum usus. consistebat ille in duobus, quae moverentur : primo Achillis, velocissime currentis, altero testudinis tardissime reptantis,

<div align="center">

[102]

</div>

A   B   D   E   C

<div align="center">

Prop.87. Fig. 2.

</div>

Ponatur inquiebat ille, Achilles cursor pernicissimus, ex A puncto testudinem reptantem per semitam BC, lentissimo motu, velle assequi; quo tempore Achilles tendit ex A ad B, mota est testudo ad aliquod spatium, per veniens in D : igitur necdum Achilles assecuties est testudinem; iterum quo tempore Achilles ex B currit, ut assequatur testudinem existentem in D, mota est testudo ad F punctum; igitur Achilles existens in D nondum assecutus est testudinem; atque hoc in infinitum eveniet ; quoniam continuum divisibile est in infinitum, unde numquam Achilles assequetur testudinem. Incumbit igitur nobis hunc nucleum effringere, ex doctrina huius libri; quod assecutos nos esse cognosces, cum ipsissimum punctum assignaverimus, quo Achilles testudinem apprehendre.

Ut nodum hunc Gordium, ex principiis huius libri dissoluamus, supponemus, non minus Achillem, quam testudinem in suo cursu uniformiter procedure; ita ut celeritas, prima parte motu assumpta, perseveret in eodem statu, usque ad ultimum temporis momentum quo suae spatia decurrunt; supponemus insuper, (quoniam omnis motu species est quantitatis) duos hosce motus, cum uniformes ponantur, insuis partibus, sortiri inter se aliquam proportionem, quod necesse est eveniat inter omnes quantitates, quae in eadem specie versantur; ut sunt duo motus recti & uniformes.

Ponatur igitur proportio duorum horum mobilium, secundum celeritatem, consistere in ratione dupla; ita ut Achilles duplo celerius, spatium decurrat, quam testudo : igitur quo tempore testudo ad quartem partem stadii promota fuerit, medium stadium confecerit Achilles. Eductae itaque lineae AC, DC, in ratione dupla ex C puncto, dividentur in B, F, H, &c, & E, G, I secumdum rationem duplam ;ut AC dupla, sit BC, & DC dupla EC. Item BC dupla FC, &c. EC dupla GC, &c.

A   B   F   H   C
         D   E   G   I

<div align="center">

Prop.87. Fig. 3.

</div>

Consistat itaque Achilles in A. sitque AC semitam repraesentans stadio longitudine aequalem; testudo vero constituta in dimidio stadii, in puncto B, vel D, posita DC aequali ipsi BC. Quoniam Achilles ex A moveri incipit, quo tempore ex D inchoat cursum testudo; igitur pervenerit Achilles ex A in B, quo tempore ex D, testudo pertinget in E : & quo Achilles ex B pertinget in F, eadem pervenerit testudo ex E in G. & sic consequenter: quia vero terminum progressionis rationis AB ad BF terminatur in C, prout propositione octuagesima quinta demonstratum est; similiter cum progressio, sucundum rationem BF, ad FH, vel DE ad EG, finem sortiatur in puncto C, secundum eandem proportionem: igitur concursus duorum horum

mobilium, Achillis scilicet & testudinis, continget in puncto C: Quod si loco proportionis duplae, assumatur proportio tripla, tunc assignabitur concursus per proportionem octaugesimam sextam hiuis. Si vero quadrupla, inserviet propositio octuagesima septima, & sic de reliquis.

Captiosus Zenonis discursus molestias creat non consideranti discrimen, quod in eo exsurgit, inter duplicem progressionem, qua argumentationis filum dubium facit; alia enim est progressio per partes aequales; alia per partes proportionales; hic utriusque cursus supponitur fieri per partes uniformes, sive per passus aequales, cum passus primus a secundo, vel tertio non discrepet, licet duos passus Achilles, verbi gratia, eadem contingant tempore quo unus passus testudinis; secundum vero hos passus sit utriusque

A   B   C   D   E

Prop.87. Fig. 4.

cursus : Zeno autem in decursu argumenti sui, distinguit motus cursorum per partes proportionales, secundum quas mobilia nullo modo moventur; ac proinde in idem eius discursus recidit, ac si dicat quis, eo tempore quo dividam lineam AE, in partes quatuor aequales, alius eam subdividet secundum aliquam seriem per partes proportionales, profecto citius assignabantur termini quatuor partium aequalium, qua infiniti termini partium proportionalium: Achilles enim & testudo decurrentes AE spatium, per partes aequales, suorum passuum aequalium terminum tandem acquirunt; Zeno vero dum hac contingunt, a cursoribus dividi vult spatium AE, in partes proportionales, secundum quas mobilia non succedunt.

[103]

Ad argumentum porro respondendum est, dum dicitur : Priusquam Achilles ex A perveniat ad punctum B, mota est testudo ex B in F:

A   B   F   H   C

Prop.87. Fig. 5.

Sensum huius propositionis coincidere cum hoc quo dicatur, prius debet Achilles assignare punctum B, quam notet punctum F. quid repugnat cursui secundum rationem motus; nam omnis assignatis in hac materia continet rationem subsistentiae, ut Mathematici sentiant, saltem secundem intellectam, ac proinde alicuis quietis, quae motui repugnat. Veram hac in gratium Philosophorum dicta sufficiant.

But enough has been said about this method : for anyone with a good understanding of Proposition 80 of this work can find the sum of the whole series, and consequently the ratio of the sum to the first term, either geometrically for a given ratio of proportion, or numerically in terms of one number to another.

Scholium.

For if one is resolved to put the second construction of the 80th proposition to use, one has in a single operation the proportion of the first term to the rest of the series : while indeed if we use the first construction, the proportion of the first two terms taken together to the rest of the series is found.

The present material brings to mind the argument that I have set out in the preface of the present book, concerning the discourse of Zeno, where he set out that all motion could be understood in terms of the average motion: but the heart of the argument really arose from the authority of the author, in order that a runner by the name of Achilles, the same as that most invincible leader, is deemed worthy to be persuaded to do battle with the hard- shelled one, for Zeno was an equal of the Elenctic philosophers [Those given to refuting or cross-examining matters], and sustained by their might .

[*Note: I have paraphrased somewhat here, as the original appears to be a pun on the word 'nucleus', which is the nut or kernel, while it is also the centre of the argument, and which cannot be reproduced sensibly.*]

Repeating Zeno's argument, in the same words that I used in the preface of this book. The argument consists of two opponents who are in motion : first there is Achilles, who is running swiftly, and with the other a tortoise who is crawling most slowly. It may be said that Achilles, that most nimble of runners, is placed at the point A initially, and wishes to overtake the tortoise who crawls along the path from BC most slowly. By the time Achilles has gone from A to B, the tortoise has moved some distance to come to the point D, and Achilles has not yet overtaken the tortoise. Again, by the time Achilles has run from B to D, in

order to overtake the tortoise present at D, the tortoise has moved to some point F; hence Achilles, now present at D has not yet overtaken the tortoise; and this will be the outcome indefinitely. Since the division process can be continued indefinitely, thus Achilles can never overtake the tortoise. It is incumbent therefore for us to break open this nut from the teaching of this book; since we know that Achilles overtakes the tortoise, we can assign the very point itself at which Achilles overtakes the tortoise.

